tum esse electio negocium expediri. Si autem sola electio confirmatio et
consecratio pertinebit ad papam, Si autem precesserat electio et con
firmatio, tunc sola consecratio ad ipsum pertinebit.

Effectu. si ergo ante reseruationem electus et post reserua
tionem confirmatus fuerit non valet confirmatio etiam ab ignoran
tibus exhibita et recepta, electio tamen propter viciosa confirma
tio non viciat, s. e. si confirmatus, qua per hanc exemplificare
potes, et adde quod dixi, s. e. c. pr.

Postmodum. s. p. reseruatō inibitionem et decretum.
Et argue et hac decre. quod si papa puidit alicui de episcopo a
liquo papa sine eius mandato illum non poterit consecra
re, ar. ad idem de accu. meminimus.

Quis iusto. Hæc de re. diuideo in tres ptes. Prima durat vsqz ad. s. porro. scda vsqz ad. s. absens. tertia vsqz ad. s. Aliquis iusto impedimento detentus in electiois negocio pmissis pibus vices suas. queritur an valuerit commissio. Respondetur qd sic. dummodo in solidum dati fuerit et erit melior tunc occupantis conditio. si autem nullus occupat. s. ambo simul concurrunt. admitteatur ille quem capitulum vel maior pars elegerit. si autem capitulum non concordat ille admittetur qui primo in instrumto procurator extiterit nominatus.

Et ratio quare alius solus debet admitti est quia possunt vota dirigere in diuersos. et sic res si haberet exitum. et qd fieret non valeret si autem non fuerit dati in solidum tunc neuter admitteatur propter superiores rationem. et sibi imputet qd sic eos instruit. Secundo queritur. aliquis dedit procuratorem in negocio electionis. ille procurator suo nomine dñi alii. queritur an possit. Respondetur qd non nisi de certa persona eligenda habuerit ipse mandatum. Tercio queritur. pone canonicus absens non inuenit in colloquio aliquem procuratorem queritur an possit dare extraneum. et Respondetur qd non inuito capitulo. Sed queritur. an saltem votum suum possit exprimere per literas et respondetur qd non. quia votum in ipso scrutinio secreto et sigillatim est terminandum et non ante scrutinium. Et mauius hæc de re. ad declarationem de re. de elec. qd propter. s. p. n. l. et b. Iusto. s. relinquitur e iudici. qd eorum que ibi non nec numerari possent. exempla tñ habes. ff. si quis cau. l. ij. Jo. an.

Detentus. et in loco existens de qd debeat vocari alias non habet locum commissio. s. e. quia propter. s. p. n. l. et de h. ipe dimento si opus fuerit debet facere fidem iuramento. ut ibi. vñ non est de necessitate qd iuret in instrumto. procuratoris ipe dñs. Sed cautus est qd ipsi procuratori det mandatum iurandi in animam suam qd ipse tali impedimento detentus est. fm omnes modernos qui non. hoc in de re. qd propter. et est rō. quia si capitulum requireret iuramentum procuratoris iurare non posset. nec propterea ulterius expectaretur. fuit enim procurator minus sufficiens. et ideo sibi constituens imputet. ad hoc in. s. si autem. nec debet dicere procurator. dico domini num in loco in quo debet vocari. et iusto impedimento detentus. qd ista sunt vba iuris. sed dicere dicitur vba facti. s. dico dñm in tali loco et tali impedimento detentum. puta tali infirmitate vel talibus inimicijs. et tunc si non admitteatur appellet fm ost. qui hoc ibi non.

Cōsilio. s. e. qd propter. ista enim fuit dubitatio qd ibi dicebatur. pmittere vni de collegio.

Pluribus. idē no. vñ. et p. p. s. e. qd propter. et qd dicit pluribus. intelligo siue duo fuerint siue plures dñi tñ in solidum ut sequitur. qd eadē rō. Jo. an.

Quis iusto impedimento detentus in electionis negocio neqz in se p se nedum vni pnt dñi i p cilio gñali. s. et p lib? pmit ferices suas dñi tñ eoz cui libet det i solidum prate. et erit tunc melior p dicio occupantis. Verū si abo pcurat infil. et postulēt se admitti audiri eos non expedit. qd possēt vota sua dirigere in diuersos. sicqz res non brēt exitū. et qd ab eis b casu fieret non valeret. s. is admit

In solidum. alie neuter admittet. i. e. s. si autem. Cū. cū prate bñt in solidum. vbi de hoc. Occupatis. s. de. pcur. non iniuste. s. omne ius amittit. et est si. s. d. In simul. ita qd non apparet quis primo. et est si. s. d. Durat. i. e. modo. vñ isto electo alio. Rep. c. p. n. l. qd verū credo. nisi in instrumto diceret meliorem non esse conditionem occupantis et qd vnus incepisset alter finire posset.

Tat durat que capitulum vel pars maior elegerit. si recorder neqz is qd primo in instrumto vel lris procuratoris extitit noiar. Si autem nullus ipoz in solidum fuerit deputatus. tunc propter eadem eadem ipoz aliqui non debebit admitti sibi impurqz qui sic eos constituit indiscrete.

Porro cū vnus est procurator simpliciter constitutus si is vnū suo et alium domini sui nomine in scrutio nominandum duxerit. nihil

erit ad electionem capituli per quam magis idoneus eligatur. ad s. i. de procur. si duo. ff. de accu. si ples. Sedo ad scripture ordinem in subsidiū. me scripture. p. cor. opte. i. de p. d. e. o. Noiarus. p. ordi. mandato. ad idē. xliij. di. sit rō. s. i. si. cū suis p. cor. et. s. de. Rep. cū dilec. cū suis p. cor. et facti. ff. de le. ij. l. cū p. s. p. n. l. Quid si non apparet puta qd duo sunt instrumenta nec apparet qui p. Puto qd mutuo se impediāt. ff. de usufruc. qd tñ. et imputet sibi qui sic eos constituit.

Propter rō. eadem. qd possent vota dirigere in diuersos. et sic res non brēt exitū. de nouo citabitur ipse ca. qd Admitti. Quid ergo. nūqd. nos. nō. alias qd sibi imputaret ut sequit. Idē enim non venire qd non sufficiens venire. p. t. max. ergo fuit et pcedēt socij eoz ad electioez Contra. i. de pcur. si duo. vbi b. qd si in causis electionis sunt dati plures pcur. nō in solidum. iudex eligit p dicioez. so. ibi loquitur de pcur. dato ad iudicia in causis electiois nū postulationū vel p uisionū. hic de pcur. dato ad negociū. s. ad ipsā electionē faciendā. et ibi s. iure iam nato. hic de nascituro. qd min⁹ fauorabile ē. et vtrobiqz. p uisio vtrius ob seclerē expeditionē. bñt stulti melioris p dicioez eoz

Indiscrete. nō enim de qd p. i. s. p. d. e. cū qd bñficiū s. Porro. ij. ps. hic approbatur opi. inno. vñ. et p. p. s. e. qd propter. et abbat. e. ri. p. gregato. tamen g. of. et h. of. ibi no. qd satis poterat dici valere. cū in diuersos p ficit. dum modo neuter sit mal⁹. qd falsus ē ut hic vides.

Nihil agit. rō qd qua conscientia tenetur meliorem eligere suo noie. eadē ad idem tenet nomine domini sui. ad s. xlvj. di. sicut non suo. et incerta videntur. hoc no. s. e. c. ij. quod dicit nihil agit. intellige quia neutrum votum valet et est simile. quod dicitur in delegato qui sub delegatione recepit a socio. s. de offic. delega. super questionum. s. si vero.

ar. ad hoc in p. d. i. c. de re. in fi. et. i. de pcur. si duo. sic l. maior ps. s. e. l. i. de Rep. c. p. ad idē. lvi. di. applica. de elec. cum in ca. nonicos. ff. ad m. n. i. q. maior. m. Elegerit. nec credo qd variare possint. vt. s. e. vt quis duas. de po. stul. c. vno. in fi. n. Meqz. qz no. lū eligere vel pari nūero discordare. Et no. qd p. recur. tendū est ad electio nē capli. scdo ad ordinē scripture. ta. bellionis enim pze ponūt qd volunt i instris. et ideo equus fuit primo recur

a Decerta. no. approbatā opinionē inno. et cōpostul. et reprobata opi. vine. qui dicebat. s. e. cōgregato. q̄ nō poterat fieri compromissum vel mandatū. pcuratoris de certa persona. dicebat enim q̄ videbatur singularis electio et sic non valebat. s. e. in genesi. Item talis commissio est contra concilium quod requirit q̄ committat vicem suam sed iste non committit vices suas qui dat mandatū de certo. sed falsum ē vt hic patet. et b̄ hoc p̄ ab. s. e. cōgregato. Sed nunquid pcurator ad eligē dum datus iuratus vel alias impeditur. poterit aliū sustinere. Dic fm̄ cōpost. q̄ sic. quia procurator est ad negocium. q̄ alium procuratorē dare potest. i. de pcur. c. i. in fi. ff. mā. si pcurator. ē tñ ar. p̄. i. de off. deleg. is cui. et. s. de of. del. c. vl. So. illa loquunt in iudiciis. nō in pcur. Item que ro. nunquid pcur. datus ad eligendum promittere poterit. Dic fm̄ cōpostula. q̄ si liberum mandatū habuit cōmittere poterit. quia id p̄ quod dominus. si autem ad certam personam. tūc promittere non potest. quia sola neci tāt forma scz scrutiniū tūc intelligitur demādata. ar. ff. de pecul. licet. §. si seruus.

b Illa. certā personā de q̄ habuit mandatū expressum. Et no. illam. quia aliā eligere nō p̄. quia faceret cōtra formā mandati. s. de p̄. cum dilecta. et. ff. māda. diligenter et. i. de preben. cui de non.

c Consentire. no. ar. q̄ b̄ns sp̄ale mandatū id p̄ q̄d alias nō posset. ad idē. i. de pcur. c. i. et vl. et facit ad questionē quā hoc anno disputauit. an delegatus ab alio q̄ a principi p̄ b̄ns sp̄ale mandatū subdelegandi subdelegare possit. et de hoc dicit. i. de of. dele. is cui.

d Absens. hic in primo dicto approbatur glo. ber. s. e. q̄ p̄pter. in glo. p̄nl. et omnium modernorum idem ibi notariū Sed in secundo p̄dicto reprobatur eius ber. opinio in eadem glo. et quasi hos. p̄sentiebat. s. ibidē inno. et ber. contra. et eorum approbatur hic opinio. et intelligas hanc lēam de sup̄ dicto absente qui p̄mittere potest. i. iuste impedito et exi te in loco de quo zē.

e Procurator. dicebat gos. q̄ putabat talē canonicū idē recte p̄tēni. Alij dicebant q̄ cōpelli debebat aliquis de capitulo. vt ab ipso mandatū susciperet. sed non est verū. a principio enim nullus cōpelli pcuratorē recipere. l. de pcur. in iuris. insti. mā. §. mandatū.

f Nolente. si enim capitulum vellet bene. tunc posset et extraneū deputare. s. inuito caplo nō. et sic d̄z intelligi dē. q̄ p̄t. extraneū enī eē sine mandato admittere possit et sibi iudicare. et in extraneū eē p̄promittē. s. e. cām. cū si.

agit nisi d̄ certa eligēda p̄sona sibi d̄ns dedit sp̄ale mandatū. tūc enī in illaz et in aliā suo noīe licite poterit p̄sentire. Absēs q̄z lz nullus de collegio velit esse pcurator eiusdē nec ipse nolēte capitulo extraneū valeat deputare nō potest

g Votū suū. ber. d̄ dicebat. ita tñ q̄ publicatio ipsius nō fiet tantum cum aliorum fiebat publicatio. sed non insperit. quia non solum publicatio sed etiā exp̄ssio in scrutinio tñ fieri debet vt sequit.

h Exp̄rimendum. no. nō sola publicatō inspicitur sed eē exp̄ssio. Sed p̄. s. p̄. §. vbi exp̄mit votū consensus are scrutinium dando scilicet pcuratori mandatū de certa

aliq̄ten? p̄ l̄tas exp̄rimere votū suū q̄d nō ē añ scrutiniū. sed in ipso scrutinio secretē et sigillatim tñ modo exp̄rimendum. Idem.

Quoniam electio nō in concordia celebrata superior ad quez electōnis ipsius confirmatio p̄tinet

persona eligenda. Solutio falsum est q̄ tunc votum exp̄mar. sed mandatus dat de voto exp̄rimendo. sicut aliud est inuestire aliud mandare de inuestiēdo. de b̄ns q̄ fiunt a ma. p̄ca. et ore. vnde aduerte. pone q̄ procurator q̄ mandatū habuit d̄ certa persona eligēda. non eligit ille electus fuit a quibus dā alijs. nunquid

votū illius absentis et mandatū augebat numerū illius vt possit dicere q̄ electus sit a. x. quia nouem elegerunt. et decem mādauit de eo eligēdo. absit. Dicit ergo q̄ aliud est dicere. cōsentio in talē. et hoc d̄z fieri in scrutinio et secreto et sigillatim vt hic. et tali modo consentit in sp̄ale matrimonium. et aliud dicere. do mandatū ticio de tali eligēdo quia istud non est votū. nec p̄ hoc d̄bitur mar. in matrimonium. et ideo ante scrutiniū fieri p̄. vt ibi. sic vides in matrimonio carnali. aliud est contrahere. aliud est dare mandatū de contrahendo. hinc est q̄ qui contrahit amplius non penitet. sed qui mandatū dedit penitet ante contractum. i. de pcur. c. vl. sic ergo intelligas. nec similitudinē dicas vbi non est.

Quoniam. si apparet coelcūs vel se opponēs ei qui cōfirmatione petir. ille vocabit̄ noiari. alias fiat erida in ecclesiā ḡialis. q̄ se volentes p̄firmatōni opponere veniant p̄m p̄torio assignato. alias confirmatio scā non tenet.

Electio. Idem dicā de postulatione cū eadez sit ratō q̄d verū puto in admissioe postulationis que fit a superior ore illo qui postulatū admittēdo confirmat. secus in eo q̄ postulatur a prelato suo. vt monachus electus in ep̄m ab abbate. q̄ in ea fiet vocatio. et idē puto in p̄tatione. vt ille etiā cui fit p̄tatio seruare teneatur hanc decre. et sic seruaf. De collationibus dicā in fi. capituli.

Non i cōcordia. idē si in concordia q̄ ad vocationē faciē dā vt d̄z in fi. capituli.

Pertinet. verbū hoc late patz. ff. de v. sig. v̄bum pertinet. unde intelligo siue pertineat iure cōi. vt ad ep̄iscopū xvi. q. vii. nullus omnino. de here. cū ex unūcto. siue iure sp̄ali. puta ex priuilegio vel consuetudine p̄scripta. siue iure delegato. omnes habebunt hanc formam seruare.

Celeritate, no. q. hic reprobatu celeritas, et e genera
 lem omnibus personis pmouendis, vij. q. ij. dilectissimi
 Item ppter rei nouitate, xxiij. di. cōis filij. Item ppter re
 uerentiā sacramēti recipiēdi, de p. di. iij. iudei. Item ppter
 metū icōmoditatis emergētis, xij. q. ij. sine exceptiōe. Item
 ppter honestatē et ut res carior habeat, xxvij. q. ij. Institu
 tū. Item ppter certitudinē hñdā, vt. xxvij. q. ij. si q̄s in cogni
 tus. Item ppter reuo
 cādi difficultatē vt
 in dandis sentētijs
 ij. q. i. de oipotēs.
 et hic, vel in ipsarū
 excucōne, xi. q. iij.
 cū apd. Item in legi
 b' dēdis, iij. dist.
 istis. Item ppter rei
 dignitatē, lxi. di. mi
 tamur. Item ppter pe
 riculosā sacri itera
 tionē, de p. di. iij.
 cum itaqz. Inēdus
 aut desiderat acce
 leratio ppter metū
 cōtaminatōis, viij.
 di. mala, ppter me
 tū defectus, v. dist.
 baptisari, ppter me
 tū usurpatōis, xxx.
 q. ar. loci. ppter mag
 nitudinē trasgressi
 onis, xxvij. q. i. si cu
 stos, ppter inobediētie culpā, xij. q. ij. q̄ hūanis, ppter debi
 tū obediētie, xxiij. di. c. i. ppter recititudinē disputatōis, xlv.
 di. disciplina, ppter periculū iminēs, vt in vacatione ecclie.
 s. e. cū inē vniuersas, vñ et cautio dñi infecti celeritatem
 desiderat, ff. de dā. in fec. l. i. et idē in simonia, vt. s. de re iu.
 r. ij. de Rep. ad hoc, vbi ex certa cā idē est reperiri.
Beneficēs, sic, s. e. auaricie, et. e. quozūdā.
Cupiditatē, q̄ omniū malozū radix ē, xlv. di. bonozū,
 de pe. di. ij. qz radix.
Iuri, qd̄ facere bz, vij. q. i. si q̄s epūs, in fi.
Dnicus, si, s. e. cupientes, §. si vero.
Discusso negocio, male faciūt, et puniunt si indignū p
 mouent, vt. s. e. nihil est, et. s. de prebē. graue.
Aplī. pauli, i. ad ebimo, vi. e. xxiij. di. §. i. lxxvij. di. qd̄
 est cito, s. e. cū nobis olim.
Ianus, pfirmatorias de quibus loquimur.
Morbo, nā qd̄ medicamēta morbis exhibēt, hoc iura
 negocijs, in aut. bec p̄stō. q̄ ino. p̄sti. in paī. colk. vij. io. an.
Fraudibus obuiare, qd̄ faciendū ē s. e. auaricie, et. e.
 cōmissa, et. j. ti. pr. c. ij.

psuevit interdū sue confir
 matōis celeritate pferens
 cupiditatē p̄riā iuri. et in
 ordinatū affectū eē eq̄rati
 cōpetitorē aliquū vult alios
 vel eos qui se volunt oppo
 nere, qm̄ elect⁹ ē vnice sup
 plantare dū nullis vocatis
 et non discusso negocio p
 repentinā confirmationez
 cito cōtra doctrinam apo
 stoli manus imponit elecō.
 Nos volētes huic morbo
 et fraudib⁹ obuiare, p̄nti
 p̄stōe sancim⁹, pfirmatōes

Tales, s. factas nō vocatis cōpetitoribus, vel hijs q̄
 se vellent opponere, si qui essent. in **I**nanes, dicebam⁹
 olim, et no. de hoc inno. et hos. de ap. p̄stitutijs, ij. de do. et
 contu. olim, qz confirmatio facta vocatis hijs qui vocan
 di erant, et cum cause cognitione, habet vim diffinitiuē,
 hinc est qz reuocari non poterit, et si appelleret, appellari
 potest vt a diffinitiuā, si autem fiat sine cause cognitione

et non vocatis vocā
 dis vim habet int
 locutorie, ibi de h
 plenius per eos vi
 dere poteris, s. bo
 die non valet cōfir
 niatio sine vocatio
 ne hō decre, vt hic
 vides, quid si sic p̄
 firmat⁹ admistrat.
 fati crediderem qz si
 errauit in facto q̄a
 ereditur vocatiōne
 factā que facta nō
 erat excusetur a pe
 na decre, s. e. auar
 cie, et. c. q̄liter, mar
 me eū vocatio et ei
 ratio ista sit supio
 ris officii, et nō p
 eis, Sed si errauit
 in iure, cum a dicta
 pena nō cred. rem
 excusari, ad hoc. j.

tales virib⁹ oīno carere ip
 sasqz decernim⁹ irritas et
 inanes. **V**ocatos autem
 hmoi nominari vbi ē co
 electus vel apparet oppo
 sitor, alias generaliter i ec
 clia in qua electio facta
 ē, vt si qui sunt qui se velit
 opponere ppareāt, assigna
 to peremptorio termino p
 petenti, faciendā esse cēse
 m⁹. **Q**ue etiā si electō in
 cōcordia celebrata fuerit,
 volumus obseruari.

Bonifacius octauus,

de reg. iur. ignorantia, cū suis p̄cor:

Nominari, si, j. de sen. ex. statuimus.

Generaliter, et publice, quia talia edicta in publico p
 poni debēt de postul. c. i. et est contra illos q̄ adhuc itau
 dē faciūt p̄stitutioni, faciendo hanc vocatiōnem fieri corā
 certis amicis.

Opponere, ne electus p̄firmetur.

Peremptorio, nūquid post hūc terminū veniens au
 dietur, super hoc dic vt. s. qui ma. accu. pos. cum in tua. of
 ficium tamen iudicis in hijs non quiescit, vt. s. e. cum noi
 bis olim.

Competenti, fm̄ locozum distantiam, personarum et
 negocij qualitatem.

Que, s. dicta de vocatiōib⁹ faciendū, et qz nō valeat
 p̄firmatio aliter facta.

Obseruari, Quid in p̄uisione vel collationib⁹ nūqd̄
 in eis habebit fieri bec vocatio. **L**utum puro et in hijs h
 fieri, non tamen credo de verbis vel mente huius iuris es
 se, et facit, j. de preben. cum in illis, et optime, c. ti. licz ep̄i
 scopus. **D**ominus **J**ohannes andree.

Quoniam quod quidam plus expediret curiose referere
banc in dubio. an papa possit renunciare papatu
Celestinus. v. dum presideret ecclesie romane regi
mini. statuit de consilio et assensu suorum fratrum quod summus
pontifex libere possit renunciare papatu. quod statutum ne ob
litioni daretur. et ne de predicto casu dubitaretur ulterius in
alias huius. vi. libri ordines. de fratre suo consilio dicit
bonifacius hec res
begit ad perpetua rei
memoriam.

Curiosi. qui maiores curas exhibere
volunt quod res erigat. ad hoc. iij. di.
benig. de con. di.
v. quinqz modis.
e. Expediunt. quod
faciendum non est.
L. de sum. tri. l. ne
mo. j. de here. c. ij.
r. j. de re iud. abba
ria. ad fi. Jo. an.
d. Ap. pauli. in
epla ad ro. xij. c. et
babel eadez verba
clij. dif. sic rector.
e. Sollicita. vade
j. deducere minus
pude videbatur.
Jo. andree.
f. Taxime. opati
um. vnde si suffici
ens sit renunciare
poterit. ut p inferi
ora patebit.

Insufficientes.
propter hoc non potest
deponi. quod propter sola heresim deponit. xl. di. si papa. s. j.
alij plati propter insufficientiam bene deponuntur et ecclesia
fici et secularis. xvij. q. ij. si quis abbas. ro. q. vi. alius. et
propter negligentiam. lxxi. di. dictum. s. de here. excomuni
camus. in fi. Et nota quod licet omnis sufficientia esse dicat
in papa ita quod omnia iura in pectore habeat. s. de consti. c.
i. tunc interdum insufficientis esse potest. ut hic. et interdum cum
fallit obliuio. xxiij. dif. preterea. vbi de hoc. sic sedes ipsa aut
sanctum inuenit. aut sanctum facit. quis enim sanctum dubit
que aper tate. xl. di. non vos. et tunc hereticus possit esse. et
propter heresim deponi. c. di. si papa. et possit ex multis in
surgere insufficientia hec. ut ex defectu leture. ex senectute.
ex infirmitate vel silibus. scio tenetur ut in pbenio
b. Regenda. ad quod et offi. huius libri. Jo. an.
i. Videbatur. et erat ipsoz ratio motiva. quod si renunciat re
nunciare debet in manibus superioris. et aliter matrimonium spu
ale non dissolvit. s. de renu. admonet. sed papa superiore non
habet ergo renunciare non potest. Item fungit vice dei. quas vices
sic videtur offibus hinc anneras quod a se abdicare non possit. ad
hoc de sta. mo. cum ad monasterium. in fi. sed contrarium
verum est ut hic vides. et probat ex eo. quod marcellinus renunciat
vix papatu cui substituit fuit marcellus. xxi. di. nunc autem. Item
clemens renunciat papatu et successit linus. et eo mortuo
electus. et illo mortuo iterum successit cle. ut in croniceis. et vi
de de s. vij. q. i. c. i. dinc disputat s. mudus. r. et hanc op
pintonem approbavit io. vij. q. i. c. non autem. Ad id quod dicitur quod re
nunciatio fieri debet in manibus superioris fateor id verum vbi

est superior. sed hoc propter impossibilitatem ius illud servare
non potest. et facit optime. s. ti. pr. Indemnitatebus. s. pe. r. et
s. e. licet de vitanda discordia. in fi. Item inferiores pla
ci a suis placis confirmantur et instituunt. vnde non est ma
rum si sine ipsorum licentia renunciare non possit. sed papa a
nemine confirmat. vnde sicut sine superiore instituunt. ita sine
superiore renunciet. ad hoc. s. de regu. ca. i.

**Deliberatione hinc cum suis
tribus ecclesie romane cardia
libus. de quibus numero tunc
eram? de nostro et ipsorum omnium
consilio et assensu. au
toritate apostolica statuit et d
crevit ro. po. posse libere
resignare. Nos igitur ne sta
tutum huiusmodi per tempus cursu ob
litioni dari. aut dubitatio
nem eandem in recidiva disce
prationem ulterius deduci s
tigar ipsum inter constitutiones
alias ad perpetuam rei me
moriam de fratrum nostrorum
consilio durimus redigen
dum. Idem.**

**Te prebendam vel di
gnitatem in aliqua ecclesia pri
mo vacaturam auctore ap.**

expresse no. Jo. vij. q. i. non autem. in glo. magna. in fi. et facit
quod no. lxxix. di. si quis pecunia. xvij. q. ij. quod sit.
p. Temporis. hinc est quod antiquorum memoria melius per
scripta tenetur. et de hoc vide quod no. s. de pba. tercio.
p. Oblivioni. omnium enim habere memoriam. et in nullo
peccare. r. s. ut ec. bene. ut nostrum.

**Recidiva. quod esse non debet. ut. s. de v. sig. et pre. ij. cum suis
codicibus. memoria. facit. j. de re iud. ad apostolicam. in sup
scriptis. et quod ibi dicam in prima glo.**

**Te prebendam. si in fraude expectantes prebendam vacaturam
cum in primo crederet pinguis vacare. renunciet ali
quis tenuem quam habebat. non tenet expectans illam reci
pere. imo illa dimissa expectabit aliam sine fraude vacante
et si illi renunciant. illa pinguis postea offeratur. s. ipso. p
bata sit fraus et carebit vtrique. Scire debes quod quod nemo
videtur fraudare eos qui sciunt et consentiunt. ut. ff. de regu.
iur. nemo videtur. et. j. e. ti. scienti. puto nec dec. ista nec eius
penam locum habere. vbi expectans presentie s. sciens illam re
nuem habere. pone enim quod plus sibi placet prouiso tam
quod non committatur simonia. debatur enim sibi primo va
u. Proximo vacaturam. de cans. et sic per fraudes vides
batur via precludi ad aliam. secus si habet lras super ea quam
duceret acceptanda. quia tunc fraus ista sibi non preclusisset vi
am quod est verum. nisi acceptasset prebendam. quod vacaret quod pre
licet certam et nominatam talis acceptare non possit. j. de pces.
preben. ne captande. quod tunc per omnia idem.**

Apostolica. quod est etiam in casu dicitur. j. de preben. hinc qui

**Predecessor. cum
dignitas vacat alias
post mortem. success
sor non cogitur dicere
predecessor. sed dices
re deberet predecessor.
predecessor enim idem
quod predecessor. nisi
dicere velis quod quod
cum vacet preclarus
quo ad illam decessit
se putat. et est expressi
sum. vij. q. i. s. ecce
in quibus. r. xxxij.
q. ij. s. i.**

**De eiusdem. po
stea enim ipsius con
stitutio non valet.
quia pontifex non es
tat. ut. j. parer.**

**Fratribus. care
diales ergo fratres
vocat cum de ipsis
proxime loquitur. j. d
of. le. officij.**

**Statuit. credet
dum est pape rex
ferentis. s. de test. cum
a nobis. in fi.**

Resignare. hoc

et. c. si cum. et. s. de Rep. cū aliquibus. cū si. Alius q̄ papa ad vacaturas p̄tra lat. cōcil. ius nō ēbuit. ut. s. de p̄ct. p̄ ben. c. ij. tate. singula singulis referte. b. In eadē. a. Digni eccia. s. in q̄ expectas. et idē si expectabat in civitate vel puincia si in ea fieret talis fraus. cum eadem sit ratio. ciet. de vacatōe p̄renunciatiōe dicit. qz de il e. Renū la ad titulū. sed idem credo si in fraudem de cideret vel deponeretur. s. qui tenuem obtinebat. ut p̄clus detet expectatiā via ad pinguem. ut fm h̄ dicā q̄ expectas primā vacaturā primam si vacat in eius fraudem recipe nō tenetur.

b. Illa. tenui renūciata sibi. cui de e. U. bebat p̄a nō scda. ius. qz e. Alicu valde fene est vel infirm valde.

f. Del alias. puta qz tractat ille q̄ in sacris nō est de m̄i momo p̄rabendo. vel qz elect̄ est. vel eligi sperat̄ in ep̄m vel religionem vult p̄fiteri vel de crimine accusatur p̄pter qd̄ credit̄ deponendus. vel h̄is s̄lla.

g. Proximo. idēz credo si nō in p̄mo dummodo fraudulenter fiat renūciatio talis. et pos̄ sit id alias cōstare. qz sp̄ ratio remanet pone enim qz l̄as habeo ad primam

vacaturam. et ticius licet non speret̄ de p̄xima vacatione tamen qz me odio p̄sequit̄ renūciat̄ p̄bende que valz vnū florenum. ut sic impediatur in pinguibz si vacarent. certe cū eadem sit ratio idem credo.

h. Edicturas. nota qz dolus p̄batur ex p̄spicuis cōiecturis. et q̄ eū allegat̄ p̄bare illū debet ff. de p̄ba. l. q̄t̄ies. s. qui dolo. nō enim debet acceptare si hoc sciuit sed

i. Obmissa. omittere ut hic vides. k. Aliam. puta non vacavit illa de qua sperabatur. sed alia.

l. Debita. h̄z enī ista nō sit p̄mo vacās s̄ sedo t̄m rōe fraudis p̄mo vacans fingit. et est si. s. de h̄p. si p̄pret. e. li. et i hoc p̄fertur equitas rigori p̄pter fraudem. ad idem. l. de iud. l. placuit. l. de fur. et suo cor. si quis seruo. et. j. de re. p̄mu. c. vno. et sic no. casū in quo h̄z scribat̄ de p̄ma vacatura debet scda. alios casus habes ad idē de p̄bē. ca. ij. in si. e. r. qz sepe. et. e. cum in ecclesia. r. e. ei. cui. et. j. de re. rum p̄mu. c. vno. semel renūciavit. et sic repetere non

m. Habita. cui poterit. vij. q. i. q̄ piculo sum. cum si. n. Ambita. scz p̄ cupiditatez et fraude. et est si. s. de trās. la. l. et. c. quāto. vij. q. i. si quis ep̄s. suis ergo terminis sit

expectante aliquis p̄ben. dā seu dignitatē tennē obtinēs in eadē. fraudulēter ei renūciat. ut illa sic primo vacante p̄cludat̄ tibi via p̄ p̄sequens ad obtinē dū p̄bendā vel dignitatē aliā pinguiorē que p̄ mortem alicuius vel alias in ip̄a ecclesia credit̄ verisimilz in p̄mo vacatura p̄ renūciatiōe h̄mōi. dūmō de p̄missa fraude appareat saltē p̄ aliq̄s p̄babiles cōiecturas ut qz dicte renūciatiōis tpe is qui p̄bendā vel dignitatē pinguiorem habebat infirmitate graui detinebat. vel aliqd̄ aliud imminēbat p̄pter qd̄ illius p̄bēda seu dignitas vacare in p̄mo p̄babilit̄ ter credebatur nullum tibi volumus obstaculū interponi quo min⁹ p̄bēda

quisq̄ contentus. nec ultra mensuras sui iuris affectet augeri. ut in p̄dicto. c. si quis. in si. ambita aut̄ ideo carere debet. qz expectati debet. sed etiā si non deberet. pura qz vacavit alia añ illam ob quā fiebat renūciatio. cū nō debet renūcianti qui eā adeptus est cū iste finis non distinguat. et ad hoc faciunt p̄dicta iura.

Romana. dū archiep̄us remen. visitaret puinciam remensem et nō debito modo fuisse a suffraganeis receptus excommunicavit eos. r̄ fecit p̄poni edictū p̄ corā puinciam remensem. q̄ omnes subditi ipsorum suffraganeozū adirent ip̄m p̄ suis causis dirimendis. papa inno. reuocat hoc edictū. et dicit q̄ licet ip̄i suffraganei p̄ suis culpis ex cōicati sint. non t̄m ad archiep̄m iurisdictio ip̄ozū deuoluitur. cū id cautum non regiatur in iure licet et alias pro culpis ipsos possit debita pena p̄ire. In sūma hoc dicit. Jurisdic̄tio suffraganei ex cōicati ad metropol. non deuoluitur. p̄ Romana. multas decre. eiusdem nomis et auctorit̄ de eadē cā q̄ erat inter remen. et suffraganeos habebis in p̄cessu huius libri. q̄ Publicatū. et p̄te archiep̄i remē.

De supplēda negli. p̄laroz.

Romana eccia et infra. Edictuz vero p̄ remen. puincia publicatū ut a subditis ep̄oz ip̄ius puicie p̄ audientis et terminādis eoz causis libere ad remensem curiam accedatur penitus reuocamus. qz etiā si tene r̄etur idē ep̄i p̄ suis cl̄pis

r. Subditis. in quos archiep̄s iurisdictionem nō habz. nisi in certis casibus ex p̄ssis a iure. et no. s. de of. or. p̄astro ralis. et ideo edictum istud reuocare debuit cum vergeret in p̄iudicium suffraganeozum et aliozū inferiorum. iurisdictionem habentium. et suum ius absorberet quod esse non debet. cum non nisi p̄ appellationem ad ip̄m q̄ones tales deferant̄ nec ip̄e plus iuris sibi p̄t vendicare q̄ ei fm casū. sit cōcessum. de of. or. duo simul. ix. q. iij. cōquetus. et. q. ij. c. ij. et. x. q. iij. qz cognouim⁹. et. xxvij. q. ij. c. l. s. Causis. quas inter se h̄nt ip̄i subditi. nō intelligas de causis quas haberent subditi contra suffraganeos ipsos. qz tunc licitum esset edictum. xi. q. i. puenit. et. c. si quis cū clerico. rentur. hoc dicit. qz forte non p̄stabat an iuste t̄neis fuissent excommunicati. ex cōicati. ut. xxiij. u. Suis. p̄ alienis enim nō debent. q. iij. si habes. r. Culpis. nota qz h̄z ex sua culpa ex cōicatus sit ep̄iscopus ita qz iurisdictionē exercere nō possit. nō t̄m p̄pter h̄z ad metropolitā suam transferret̄ iurisdictionē. si. de conce. p̄ben. quia diuersitatem. sed p̄pter negligentia b̄n trāfferet. et iurisdictionē et p̄bendāz donatio de ep̄o ad archiep̄m. ut ibi.

et. s. e. r. p. totū. nota ergo licet in negligentia epi archiepis
piscopus suppleat vices eius. nō in delicto. et cōcor. opti
me. s. e. l. de elec. q. 3. Sed p. r. a. j. de rēp. oz. c. ij. vbi vici
ni epi suppleat p. r. a. tē. quā pdidit epius p. r. a. tē. suū
illud spāle p. r. a. tē. fauorē ordinū suscipiendorū. in quorū dī
latōe posset esse piculū. et p. r. a. tē. ex p. r. a. tē. exp. s. t. a. p. r. i. u. s.
decre. Itē cōtra. j. de of. del. si is cui. vbi p. r. a. tē. delegati ex

delegato appellatur
ad primū delegatē
So. nō sic depēdet
iurisdicō episcopi
porū ab archiepo.
sicut delegatorū pa
pe ab ipso papa. ad
s. s. de re iudi. duo
b. et in ap. que ha
bz fieri infra certū
tēp. et p. r. a. tē. ex
am immineret peri
culū si ibi p. r. a. tē. de
legatō nō suppleret.
et ideo aliud ibi.
a. l. concessus. si. j.
de sen. ex. is qui. Et
nota intelligi p. r. a. tē.
bitum. qd nō est cō
cessus. de temp. oz.
dilectus. de trāsta.
inter. vbi de hoc. et
facit ad ea que no.
de dispensatōe epi
scoporū. s. de iud.

et si clerici. et. l. di. in sum. et. e. miroz.

G b. Pena. fm q. l. itatē dīcti r. cāe. s. d. of. del. sane. ff.
Randi. rex portugalie negligens erat et remissus cir
ca regnum et subditos eius. pdigus et dissipator erat. p.
mirebat ecclesias monasteria et pia loca regni sui et ipas
p. r. a. tē. ecclesiasticas aggravari. viduas etiam pupillos et
orphanos et ceteros in regno suo degentes gravabat vel
grauari sinebat. quare papa supradicto regi et regno et oī
bus ibi degentibus. p. r. a. tē. volens dedit ipi regi coadiu
tozem nobilem virum comitē boloñ. fratrem p. r. a. tē. regis
deuotum circūspectum magnanimum et potentem et p. r. a. tē.
sperat futurā reformationē ipsius regni. Mandat ergo ba
ronibus et comitibus ipsius regni portugalie quatenus dī
cto comiti et adiutori cū ad eos accesserit nō obstantibus
aliquibus fidelitatibus homagij seu pactis. vel iuramen
tis si in aliquibus hijs sunt regi astricci debitum honorez
exhibeant. et cum cū oibus suis recipiant in ciuitatibus
munitōibus villis r. castris. et singulis locis ipsius regni
et eius mandatis obediant. et sibi auxilium contra quos
libet violentos et repugnātes impēdāt. de redditibus et
iuribus ipsius regni sibi integre rēdendo ut dicto regi fm
q. decet excellentiam suā. et sibi et suis de p. r. a. tē. et neces
sitatibus regni. p. r. a. tē. valeat. vult tñ q. p. r. a. tē. ipsius
regis vel sui legitimi filij si quē illū hē p. r. a. tē. debeant
fideliter cōseruare. notificat autē eis q. si ipi p. r. a. tē. nō fecer
int ipse mandauit duobus iudicibus q. eos ad id ec. cē.
ap. cess. m. cōpellāt. p. r. a. tē. in fi. q. p. r. a. tē. nō intēdit re
gi p. r. a. tē. filio si quē habuerit p. r. a. tē. adime
re regnum. sed solū p. r. a. tē. p. r. a. tē. ipsius comitis p. r. a. tē. ipi
regi regno et subditis. hoc dicit in summa hec decre. si ille
qui p. r. a. tē. negligēs et remissus. debet supior illi dare ido
neum coadiutozem. Dñs Johannes andree.

vinculo excomunicatōnis
astricci nō tñ ex culpis ipis
cū id non inueniat a iure
cōcessum ad remen. archi
epm iurisdicō deuolue
ret eoz sed alia forte pro
illis pena ipsis canonica
posset inferri. Dem ba
ronibus et comitatib⁹ re
gni portugalie.
Radi nō immerito
et infra. Mandam⁹. qua
tenus dilectū filiū nobilē
virū comitē boloñ. p. r. a. tē.
regis portugalie fratrem de
uotōe. p. r. a. tē. ac circūspe

Prefati. in decisione sub illo. j.
Regis. rex iste dissipator et negligēs erat ut pater per
inferiora. et p. r. a. tē. videt q. potuerit remoueri. primum
p. r. a. tē. s. de elec. q. sicut. in fi. r. ij. q. ij. monemus. fm. s.
de of. cul. c. i. i. q. i. s. ecce cū honoris. lxxi. di. dictum. vbi
de hoc. et sic nō debuit ei curator dari sed potius debuit
regno priuari. et sic ad frēm ordine genitive cōverti cū fi
lios nō haberet. s.
d. voto l3. die q. r. e.
cui p. r. a. tē. re
gnū deseret p. r. a. tē. su
p. r. a. tē. p. r. a. tē. nō de
buit sed curator da
ri. ut hic factū fuit
ad instar furiosi seu
pdigi. ff. de cu. fuz.
l. i. et custodiet res
gnū r. regē sicut ipse
curator et furiosus
r. p. r. a. tē. ff. e. r. i.
l. cōsilio. r. satisfat
talis rem eius cui
d. a. saluam fore. ff.
l. e. r. i. l. obseruare. et
l. se. et. l. de cura.
fuz. l. vl. s. sed cum
antiq. r. a. tē. papa autē
hō curat cautos
tōne requirere. p. r. a. tē.
delictū autē hū p. r. a. tē.
tur rex regno p. r. a. tē.
p. r. a. tē. suū vel p. r. a. tē.
ec
clesiā cū supiorē nō

habet de re iudi. ad apostolice. xv. q. vi. alius. et. j. de vo.
licet. et tunc vel succedet. primum scz cum p. r. a. tē. successionem
deseret. vel eliget illi ad q. s. p. r. a. tē. alii. s. de ele. venerabilē
f. r. a. tē. contra. ff. vbi pupil. mo. l. edu. de. l. i. et p. r. a. tē.
nū. vbi dicit q. pupillus apud illas p. r. a. tē. educari nō dē.
que ad ipsius successionem aspirant. et facit. s. de conuer.
infide. c. vl. sed fm ber. rex iste non educabit apud fratrem
sed p. r. a. tē. et cum sua honorabili familia r. curia. nec erat iste
frater suspecta p. r. a. tē.
g. Deuotione. circa deū scz et romanam ecclesiā.
h. Circūspectione. erat enī plenus oculis. ad hoc. s. de
ele. scriptū. et tales debēt etiā eē archidiaconi. xciij. di. dī
aconi. i. mēdatū. multis modis sumitur p. r. a. tē. q. d.
i. Com. dic ut. s. de accu. si cōsiterit. et. s. e. l. de ele.
nemo. g. r. a. tē. illegitimus enī nō succedit. ut. s. q. si. sine
h. le. p. r. a. tē. venerabilem. in fi. nec educari vel ali debet.
ut ibi. de quo dicit. s. de eo q. duxit in mē. quam pol. per
adul. cū haberet. nec ad ordines p. r. a. tē. moueri. vel bñficia ec
clesiastica sine dispensatōe. quod dicit. j. de fi. p. r. a. tē. c. i.
l. Jure regni. qz debebatur ex successionē. s. vult dicere.
m. Qui. regnum ipm reformaturus. r. c.
n. Dilectōnis. qd enī q. s. nō diligit facile p. r. a. tē. xi. q.
iij. p. r. a. tē. s. p. r. a. tē. potentia ut hic. et de hoc. s. de ap.
o. Potētia. p. r. a. tē. i. inter dū nocet. s. de elec. fun
damenta. s. p. r. a. tē. cum si. s. de loca. potuit. cū concor.
p. r. a. tē. libet. licet libetā habeat donare non potest. ff. de
pactis. cōtra iuris ciuilis. ff. de dona. l. filiuffam. si tamē
iusta ratōne motus donauerit valet donatio ut in p. r. a. tē. l.
filius. tenetur autē reuocare ea que male sunt alienata. ut
j. ibi. de p. r. a. tē. recuperatōne. imo et ipse rex reuocare debe
ret. non obstante iuramento de non reuocandis. s. de iur.
iur. intellecto. fm ber.

A Defensionē ad quam tenent ipi principes seculares. ut
xxij. q. v. principes. et. c. regum. et. c. administratores.

B Monasteriorum. no. ar. noie ecciaz monasteria nō com
sibendi. ad idem. s. de elec. sciāt. e. li. et. j. de sen. ex. c. vl. s.
aditimus. cōtra. liij. di. s. hac auctoritate.

C Viduarum. de quibus an p̄neāt ad iudiciū ecclie. dic
ut no. s. de fo. cōpe. ex tenore. **D** Depditoz. p̄pter re
gimē malū. s. de e
lec. fundamenta. s.
digne itaqz.

E Pacto. ad idem
j. de of. oz. qz pleri

F Prohibi. qz
tōe. non enī p̄t sub
ditis. p̄hibere qn o
bediant et intēdāt
curatori in hīs que
ad curā regni et ipi
us regis honorē p̄
tinēt cū ad h. p̄cu
randū assumpt. sit.
impēdēt enī ipius
officiū.

G Cōseruetis. ad
h. s. de iur. iur. peti

H Honorē. cio
ut. vij. q. i. qz frater

I Civitatibus. q
muroz ambitu ter
mināt ut. j. de sen.
ex. si ciuitas.

K Procurator. huc
vsqz est hā suspensū
ua. ber.

L Violētos. sic enī
iuste bellabit se de
fendēdo. xxij. q. ij.
.c. i. et. ij. et. s. de iu
rciur. licet. ij. q. sic
ob edire debent ex q
p̄stat iustū esse bel
lū. sed et idē est cuz
dubitat an sit iustū
nec ne. ut. xxij. q. i.
qd culpā. in fi. cū
aūe certū est bellū
iustū scus. xi. q.
.ij. iulianus. et ca.
si dñs. c. nō semg
eū similibus.

M Redditibz. ge
nerale nomen ē. p̄
enī est in redditu q̄
in fructu. ut par
ancille. ff. de vsu. i
pecudū. s. p̄tus. ff.
ad trebelli. deducta. s. hereditatem. et dixi. s. de electi. ge
nerali.

N Diminutōe. ad idem. s. de v. sig. eū inter vos.
O Excellētiā. fa. s. d. p̄bē. de multa. in fi. vij. q. i. q̄uis.
sed remoto p̄ crimine sūptus nō ministrant. qz male meri
ti debent egestate laborare. ff. de posi. bona fides.

P Alioquin. i. si eū recipe mādatis parere. ad iurare de
redditibus integre p̄videre p̄dicto comiti p̄p̄scribit.

Q Premissa. q̄ semg excōicatōem p̄cedere d3. xij. q. ij. in

utilitate si p̄uide attenda
tur. ac ad defensionē ecclia
rū monasteriorū aliorum
qz pioz locozū regni p̄fa
ti et p̄sonaz eccliarum
tā religiosaz q̄ seculariū.
necnon viduarum orpha
norum et ceteroz ibidem
degentiū. ac depditoz in
ibi recuperōez salubriter
ut in dño p̄ficiamus sit as
sumptus cū ad vos acces
serit fidelitate homagio
iuramento seu pacto si ali
quibz forte p̄fato regi vl
cuiuscūqz alij p̄sone tenemī
aut etiā ipius regis p̄hibi
tōe dūmodo p̄sonā eius
vitam ac limi filij sui si ali
quem ip̄m hrē cōtigerit fi
deliter p̄seruetis debituz
eis exhibentes honorē ne
qua q̄ obstātibz in ciuita
tibus castris villis et mu
nitōibus regni p̄dicti cuz
omnibz suis recipe ac ei
dispositōni ordinatōni et
mandatis vniuersalif sin
guli et singulariter vniuer
si p̄ oia et in oibz intēde
re absqz difficultate qua
libet p̄curetis impēdēt
sibi p̄tra q̄slibz repugnan
tes ac etiā violētos p̄siliū

digne. xxij. q. ij. de illicita. et. o. de sen. ex. sacro. cū si.

Q In vita eiusdē. no. coadiutoris officū expirare morte
eius cui adiutor datus est. tūc enī p̄tās ad capitulum per
tinet in ecclia cathedrali. j. c. i. et. ij. mortuo aut rege aut re
liquit filium qui ex successione rex erit. et sic cessat istius co
adiutoris officū. aut non. et sic iste rex erit. et deficiet esse
coadiutor. et ideo dicit. in vita.

auxiliū et fauorē. de reddi
tibus p̄uētibz oibusqz p̄
fati regni iuribus sine di
minutōne aliqua plenarie
respondēdo ut de illis di
cto regi scdm q̄ suā decet
excellētiā sibi ac suis ac p̄
fati regni necessitatibus p̄
tpe ac negocioz emergen
tiū q̄litate valeat p̄uide
re. Alioquin venerabilibus
fratribz nostris bracharen
si archiepo et epo colim
briensi dam⁹ nris lris i p̄
ceptis ut vos ad id moui
tōe p̄missa p̄ censurā ecclia
sticā appellatōne remora
compellāt. **P**er hoc autē
nō intendimus memorato
regi vel ipius legitimo fi
lio si quē habuerit p̄dictū
regnū adimere. s; potius
sibi et eidē regno destruc
tioni exposito ac vobis
ip̄is in vita ipius regis p̄
solicitudine et prudentiā
comitis p̄sulere sup̄dicti.

R Eps. **S**dm. vij.
a pagais aut scisma
ticis capiat nō archiepus
s; capitulum ac si sedes p̄
morte illius vacaret in spi
ritualibus et palibus mi
nistrare d̄bebit donec eū

deposicionem vel alio modo.

S p̄ualibus. in hīs q̄ requirūt ordinē vocabūt vicios
ep̄os cū cautele studio. vij. q. i. ponti fices. s. e. li. de elect.
is cui. bñficia aut que spectāt ad collationē solius ep̄i nō
p̄ferēt. ut. s. ne se. va. c. ij. et. j. c. ti. c. vno. qz id nō facerēt
si p̄ morte naturalē vacarent. ut ibi. nec dant clerico licen
tiam trāseundi ad aliā dioce. lxxi. di. frater nratem.

T Palibz. ita qz de immobilibus bonis nihil alienēt. s.
.c. li. de elec. is cui. **U** Debit. pone archidiacon⁹ post

E p̄sus. ep̄o a
pagais capto
vel scismaticis non
archiepus sed capi
tuluz administrat.
nisi papa h̄cōto h̄
fieri poterit sup h
p̄ capitulū p̄sulē
aliter ordinaret. ha
buit ortū bec dec.
et hīs q̄ no. hosti.
.s. de ma. et ob. cū
olim.

P agais. vel
hereticis. de quibz
idem iuris. ut. s. de
bere. si q̄s ep̄us. et
scismatici dicūt. xij.
ij. q. ij. iter h̄cōt.
e. **A** rchieps. cum
hoc nō repiatur in
ture ep̄sum. ut. s.
.c. e. i. et. j. c. pr.

S ed capitulū.
ip̄ius cathedralis
ecclie cuius ep̄s ca
ptus est. et sic nota
p̄ sicut capitulū cū
vacat ecclia sup̄plet
vicē ep̄i in iuridic
tōne. ut. j. c. p̄. j.
de insti. c. i. s. d. ma
io. et ob. cū olim. et
.j. de ma. et ob. c. i.
sic et cū q̄ vacat ut
hic. et sic nota ciui
lē morte equipara
ri naturali. et est si.
.l. de donat. inter
vi. et vr. res vxoz.
vbi donatio cā mor
tis p̄firmat morte
ciuii sicut naturali
ad idē. l. de ep̄. et
cleri. l. vl. de h̄ tam
dic ut no. Jo. xvi.
.q. i. placuit. ij.

D ortē. renūci
ationē trāstionē

episcopu p̄st capitulo. ep̄s a scismaticis cap̄ est. et post
modum archidiaconus mortuus. que capitulū habet eli
gere. et ep̄s cōfirmare. elegit capitulū. t. in archidiaconū
queritur quis habeat cōfirmare. et videt̄ q̄ capitulū talē
confirmare non possit. quāuis enim circa inferiores inue
niamus p̄missum capitulo supplere episcopalem iurisdic
tionem circa superiores non reperimus concessum. imo vide
tur p̄hibituz. ad h̄
s. de ma. et ob. cū
inferior. et. xxi. di.
cū inferior. q̄dā di
gerunt papam et nō
alium hunc confir
mare posse. ad h̄. j.
de of. vi. c. i. alij de
archiepo dixerunt.
sed host. in hac q̄o
ne no. de ma. et ob.
cū olim. q̄ capitu
lū talem p̄firmabit
licet enī canonici in
eo q̄ canonici sine
inferiores. tñ in eo
q̄ capitulum supio
res sunt. ff. q̄s et a
quo ap. sit. l. fi. ad h̄
s. de of. oz. irretra
gabili. s. excessus. et
maxime in eo q̄ ep̄i
vices gerunt. s. de
of. deleg. sane. ij. et
xciij. di. c. i. et hoc ve
rum credo. ar. j. de ap. c. penulti.

libertati restitui vel p se.
ap. cuius interest ecciaruz
puidere necessitatibz. sup
hoc p ipz capitulū sc̄ito
p̄mode poterit p̄sulentaz
aliud p̄tigerit ordinari.

Idem.
Ecclesie cathedrali
vacanti visitator ab alio q̄
a ro. pon. deputari nō po
test. nisi forte capitulū in
sp̄ialibus et tp̄alibus ne
gligenter aut p̄perā admī
nistret. tñ enī archiep̄us
ob negligentia vel malici
am capituli eo vocato cau

Libertati. servus enim factus erat. insti. de iur. perso.
s. vlti. ff. de cap. et postli. reuer. l. v. et. ff. de regu. iur. ser
uitus. recusat ergo iura sua q̄si iure postliminij. ut. xvi. q.
i. p̄ma actōne. vii. q. i. pastoralis. insti. q̄bus mo. ius. pa.
po. sol. s. si ab hostibus. idem. j. de cleri. egro. c. vno.
Consulendam. ad **Ordinari.** aliter puidendo.
vel forte visitatorem dando. ut. j. c. pr. quis possz visi
tor ecclesie. ca. opiniones erāt olim. tatorē dare carhe
drali ecclesie. Item an visitator possit cōferre bene
ficia. vtrūq̄ hoz dēminat h̄ papa. oz̄ tñ hūc p̄mū dēmit
dec. ex h̄is q̄ no. lxi. di. qm̄ festz. et p̄ inno. et ost. s. ut ec. bñ.
ut n̄m. sc̄dm̄ et h̄is q̄ no. lxi. di. obitū. **Dacati.** idēz
in quasi vacante. ut. s. ca. pxi. visitator. de quo. lxi. di. ca.
Visitator. idēz q̄ admī. tbinensis. et. c. qm̄ festus.
P̄d̄t̄ sic. et̄ in fest ecciarz necessitatibz puidere. s. c. pxi.
Non p̄r. hoc p̄se tenebat Jo. in p̄d. c. qm̄ festus. bar.
bit. et hu. ibi p̄tra tenebat. s. q̄ archiep̄s hocbie poterat.
sicut et p̄les dat curatozem. insti. de cura. s. vl. et qz. p̄bi
bitū non repiebat. Lau. idem dicebat. tñ dicebat clericorū
requirendū cōsensū. Inno. et host. ut ec. bñ. c. vno. disting
uebant ut hic. s. q̄ alius q̄ papa sine cause cognitōe et vo
catis h̄is qui vocandi erant scz capitulo nō poterat visi
torem dare. et est ratio. qz archiep̄s nō p̄r tollere ius suū
capitulo sine causa. q̄ est q̄ ad ip̄os vacante sede p̄tineat
administratio sp̄ialiū et tēporaliū. s. c. pr. cū concor
ibi signatis. papa aut̄ ex p̄tatis sue plenitudine h̄ bene p̄r.
de conce. p̄ben. p̄posuit. **Negligenter.** ecce p̄mū casū.
Aut p̄peram. ecce secundū. Nota hic equiparari negli
gentiam et delictum. alibi differunt. s. de elec. si compro
missarius. p̄ vtraq̄ parte. e. ti. quāc̄.
Docato. sunt enim vocandi. quia eoz̄ interest. s. d. of.

archid. ad hoc. de tēp. oz. si archiep̄s. et quō infest. s. dirf.
m. **P̄missa.** q̄d si nō fiat dico visitatoris dationem nō
valere. ad hoc. s. e. l. de elec. quāuis. et. c. p̄uida. sufficit
enī legislatorē aliquid p̄buisse. et si non adiciat. q̄d con
tra factum fuerit non valere. L. de legi. non dubium.

Quismodi. scilicet datus ecclesie cathedrali.
Legitimam. lxi. di. cathinensis. et. c. quoniam. et. s. de

secz sup hoc cognitōne p̄
missa visitatorē seu admī
nistratōre eidē eccie licite
poterit deputare. **Omōi**
qz visitator q̄ sp̄ialium
et tp̄alium administratio
nē legitimā cōferat h̄re bñ
ficia tñ q̄ ad collatiōz p̄ti
nēt ep̄i p̄ferre nō p̄r. si ab
alio q̄ a ro. pon. fuerit de
putatus. **Lemēs. iij.**
De reponibus ordinariorū
et qualitate ordinandorū.

Sepe p̄rigit q̄ nōnulli
clici vinculo excoīca
tōis astricti aut apostate

ferre. et hoc no. lxi. di. obitum. lau. cōtra. opi. ergo lau. ve
ra in visitatore dato ab alio q̄ a papa. p̄una in visitatore
a papa dato. debet enim p̄pter amphozem dantis p̄ero
gatiū ampliori fungi potestate. ad h̄. j. de p̄ben. si a fet
de. sicut et delegatus a papa. subdelegatū dat. ab alio nō.
L. de iudi. a iudice. de of. dele. pastoralis. et. c. vl. ad idē
j. de p̄ben. h̄j qui.

Ab alio. puta archiep̄o in casibus supradictis. vel a ca
pitulo si alicui cōmitteret vices suas ille diceretur visita
tor. Johannes andree.

Deputatus. ille ergo bene h̄ poterit. quia omnia p̄r
que electus cōfirmatus. s. e. l. de elec. is cui.

Sepe. ep̄us italie ultramōtanū nō ordinet nisi de spe
ciali licentia pape vel p̄ patentes literas episcopi sui
cōrinentes iustam causam quare nolit vel non possit illum
ordinare. si secus fuerit factum ordinans. punietur pena
condigna. et ordinatus manebit suspensus. ita q̄ etiā a pe
nitentiarijs pape sine ip̄ius speciali licentia absolui nō po
u. **Sepe.** fuit igitur puidendum. s. de ap. sepe. tert.
s. de elec. quia sepe. j. de resti. spo. frequens. ff. de legi. nā
ad ca. Johannes andree.

Clerici. nota p̄ h̄is que. j. dicam.

Excoīmunicatōis. de talibus in excoīmunicatōe maiori
ordinatis. dic ut. s. de senf. ex. cum illoz. et distingue in
regulares et seculares. et inter scientes et ignorantes ius
vel factum. ut ibi.

Apostate. qui excoīmunicati nō sunt. de hoc. xxiij. di. si
quis. s. de vita et bone. cleri. si quis. de apos. ca. iij. nisi in
casu. j. ne clerici vel mona. ut piculosa. qui aut̄ in apostasia
recipit factum ordinem. etiā si religiosus sit non dispensa
tur cū eo per aliū q̄ p̄ papā. s. de apos. ca. vlti. q̄d intellige
si vera erat apostasia. q̄ id quod habes. s. e. c. ex parte. et

de
ele. cum nobis oli.
in fi. non enī sequit̄
qui habet admī
strationē legitimā.
er. o bñficia cōferre
vide instantiam in
capitulo vacante scz
de. s. ne se. va. illa.
et sufficit dare in
stantiā. ut. i. q. i. si ē
vrgeri.

Episcopi. soli
us. alias illa cum ca
pitulo confert. q̄d
dic ut. j. ne se. va. c.
vno. et de regul. ca.
vlti. Jo an.

Non potest. su
per hoc vide quod
no. de ma. et ob. cū
olim. Scire debes
q̄ Jo. et hu. tene
bant contrariū. di
cebāt enim indistī
cte q̄ visitator po
terat beneficia con

ibi no. apostate aut infames sūt. vi. q. i. infames. et. iij. q. iij. si quis a suo. et sic nō pmouendi. xxiij. di. qñ.

a Irregulares. siue ex crimine siue ex defectu. puta bigamia illegitimitate corporis vicio. vel alio defectu.

b Patriā. de qua inquirere debet examinās ordinādos. xxiij. di. qñ. pp. et patriā etiā et natiuitatē carius vel vilius emi solet mancipium. ff. de edil. edic. quod si nolit. §. q̄ mancipia. cōtra. s. de iud. cū deputati. Sol. non loquit̄ in ordinando qui subtiliter examinand⁹ est. ut. s. de pur. ca. constitutus.

c Noticia. et ideo in hīs fieri debet examinatio. s. de elec. postq̄. cum suis p̄cor.

d Fugientes. xix. q. ij. due sunt.

e Omōi. s. sacros.

f Ep̄oz. ab bates etiam ordines conferunt. lxx. dist. qm̄ videmus. s. de cra. et qua. cū cōtingat. s. talib⁹ p̄ferre non p̄t. qd̄ dic ut. §. de p̄uul. abbates. in fi. et p̄piteri p̄fere p̄salmissatū. ut. xxi. ij. di. p̄salmissa.

g Italie. quid est conuerso si ep̄iscopus vltamontan⁹ ordinat italicus. nō

videf̄ hoc de e. locū habere quia penalis est. et sic restringenda. et sic p̄prium non excedit casum. s. e. l. de elec. statutum. de pe. di. i. pene. in p̄tratiū videf̄ cū p̄ omnia sit eadē rō vtrōq̄. ergo idē ius. nec vtr̄ ista ampliatio vel extensio fm̄ ea que vides. s. de elec. si postq̄. vbi constō illa. cū pientes. licet penalis locū habere declaratur in p̄uisionibus et appellatōibus et cōfirmatōibus de quibus ibi cauterū nō erat. ad hoc. ff. de v. obli. l. a ticio. vbi est enī eadem rō et p̄ntus omnimoda similitudo nō p̄prie dicimur extendere. ff. ad. l. iul. de adul. l. si postulauerit. §. idē. ff. de edē. quedam. §. nūmularios. tūc enim pene dicunt̄ extendi qñ ad casū nō oīno similit̄ extendunt̄. et sic intelligunt̄ p̄traria facta ad hanc questionē qd̄ no. moderni et host. p̄cipue. s. de elec. nihil. et guil. et gar. e. ti. auaricie. dubitādo credo p̄ primā rationē qd̄ hec de e. in italicis vltamontanus ordinatis locū nō habeat. et potest esse ratio. vltamontanus citra montes existens habet duo remedia. ut cito mittat ad p̄prium ep̄m vel a papa saltem qui sibi vicinus est licētiam postulet quod non sic facile potest italicus vltra mōtes existēs. habeant ergo in hoc casu locum antiqua et moderna iura. Ita autem suum scriptum casum non excēdunt. Johannes andree.

